



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Capellania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

Campiano Iesuitæ martyrizato in Anglia, & tulisse secum lintheamen intinctum sanguine illius, quando fuit decollatus, pro reliqua ipfius.

Tertiò, licitum est fundere preces, & vota, & affigere miracula circa sepulchra Sanctorum, etiam non canonizatorum, *Viguer. tract. de tract. si. c. 10. §. 3. vers. 15.*

Quartò, miracula verò quando Episcopus debeat cognoscere, & an aliquando sint gratiæ, potiùs quàm miracula, vide *inferius in ver. miraculum.*

CAPELLANUS,

Pro mercede Capell, sufficiunt quinquaginta aurei, ita fac. *Cong. decl. 206. in meis.* sed in constituenda mercede in servientibus aliis beneficiis curatis, observari debent decreta Concilii. *Trid. eadem fac. Congr. declar. 207. & est videre fac. Conc. sess. 7. sess. 21 capitulo primo, de reform.*

CAPELLANIA.

Primò, potest fundari Capellania, absque auctoritate Ordinarij, sed non dicitur beneficium ecclesiasticum, *c. cum dilectus, de jure patron.*

Secundò, in ea Capellanus potest poni ab ipso fundatore, vel ejus hæredibus absque Ordinarij institutione, licet non sine ejus approbatione, prout dictum est *in ver. beneficium, §. 1. ver. ad dignitates, concl. 14.* & ista non cadit sub spolio durante vocatione, donec fundator, seu illius hæredes alium sacer-

dotem suffecerint pro Missarum celebratione, quia non dicitur esse beneficium ecclesiasticum, quando non est fundata auctoritate Ordinarij, & habeat quatuor illas conditiones, quas ponit *Selva 1. p. q. 1. n. 8. & q. 3. n. 10.* ubi dicit, quòd capellaniæ, seu altaria ubi Missæ celebrantur, tunc dicuntur beneficia, quando sunt fundata auctoritate Episcopi. *nemo, de consec. dist. 1. & gl. in Clem. 2. de decim. Gom. in q. 20. de ann. poss.* ubi dicit quòd altaria pro quibus officiantis dantur stipendia annua, & non dantur in titulum, non sunt beneficia, *Selva prima parte, q. 6. num. ult.*

Tertiò, Capellani, qui in certis Ecclesiis ad nutum removibiles, quibus capellaniæ non dantur, sed datur eis pro labore certum stipendium in anno in pecunia, sine aliquo alio possunt testari, & consequenter non faciunt spolium, *Gem. in c. fin. vers. & idem gl. de offic. ordin. lib. 6.*

Quartò, idem dicendum de quibusdam sacerdotibus, qui conveniunt in quibusdam consortiis, sive confraterniis vel universitatibus, in certis diebus ad cantandas quasdam missas, pro quibus habent quasdam possessiones, ex quibus datur certum quid cuicumque illorum, *Gem. loc. cit. vers. per pramissa.*

CLAUSULA.

Clausula (omni meliori modo) quæ vulgò inferitur in libellis, comparationibus, & aliis replicationibus, si apponitur sine copulativa, & operatur circa expressa tantum, sed si dicatur, & omni meliori modo, tunc opera-